



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Catena Temporum**

**Andrian, Carl**

**Herbipoli, 1698**

Series XIV. Personæ celebres & res memorabiles

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65485](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65485)

112 *Næalesurbium & Architectura*  
go restituitur 3931. Primus omnium Me-  
tellus Macedonicus ædem ex marmore  
Romæ molitus vel magnificentiæ vel luxu-  
riæ princeps fuit.

M. Æmilius Scaurus viâ Flaminiâ stravit.

M Aurelij Scauri theatra è ligno amplif-  
sima, cardinum singulorum versatili libra-  
mento suspensa.

Pompejus Theatrum dedicat 3999.

☉☉ Ab an. 4000. ad 4053. ☉☉

Luædunum in Gallia conditum per C.  
Munatium Plancum Proconsul. 4011.

M. Vipsanius Agrippa Pantheon Romæ  
condit an; 4027.

Unico ædilitatis anno lacus 700. fecit,  
salientes 105. castella aquarum 130. &  
alia plura cultu magnifica *Plin.* 26. c. 6.

Herodes I. Hierosolymis theatrum,  
Amphitheatrum, & nobilissimam regiam  
extruit 4030.



## S E R I E S X I V .

Personæ celebres & res memora-  
biles à diluvio usq; ad Christum.

☉☉ Ab an. 1657. ad an. 2039. ☉☉

**N**emo mortalium post submersionem  
terrarum natus ad annos 500. vitæ  
sux tempus protraxit. Cum

*Personae celebres & res memorab. 113*

Cum post eluvionem vis & hominum vita diminuta esset, ad subsidium imbecillitatis carnis esus & vini usus inventus est.

Noë vino liberalius hausto fit ebrius, quare nudus ludibrio habetur à fil. Chamo. Cum Babel conderetur ex probato calculo. Mathematicorum homines jam excreverant ad 2195000.

☉ Ab an. 2039. ad 2300. ☉

Aram Tharæi primogenitus, frater Abrahami, primus inter mortales morte repentinâ interiisse fertur *Salianus*.

Ogyge regnante Atticæ inundatio 2258.

Ab hoc tempore Stella Veneris colorem, magnitudinem, cursum mutasse refertur à S. Augustino lib 25. de civit. c: 8. ex Varrone.

Gustaphus Persarum Rex acceptam à Zoroastre religionem in Perside propagasse fertur.

☉ Ab anno 2300. ad 2500. ☉

Grassante per Palæstinam & vicinas regiones fame, filij Jacob in Ægyptum proficiscuntur 2327.

Apis post mortem in Ægypto divinis consecratur honoribus. *Hunc Ægyptium cum Argivo Apis plerique confundunt.*

Calynthia Junonis sacerdos Argo regnante floret.

Phorbas dictus Orphiacus Rhode à serpentibus liberatâ,  
Ab

Ab anno 2500. ad 2600. 90

Theffalia per eluvionem obruta Deucalione & Pyrrhâ in Parnasso regnâtibus 2540  
Eâdem feretempestate Phaëthonte Rege maximum ad Eridanum incendium exarsit.  
*Hinc fabula locus.*

Hellen Deucalionis filius, à quo Græci dicti Hellenistæ. Ex eo nati Æolus, Dorus & Xantus, ex quibus Græci propagati sunt.

OEnotrus cū Arcadum colonia in Italia. Europa rapta à Jove Tauro Cretæ Rege, five avecta navi, cui nomen Taurus.

Ab anno 2600. ad 2700. 90

Phlegias templum Apollinis Delphis incendit 2603.

Philomela, Procne, Itys, Tereus Pandionis ff.

Orythia Erechthei filia, à Borea rapta 2660. ex his nati Zetes & Callais.

Phrxi cum Helle sorore fuga 2971. ab hac Hellesponto nomen.

Dirce taurinæ caudæ alligata raptatur & occiditur: Amphione & Zethe matris Antiopes injurias ulciscuntibus.

Ab anno 2700. ad 2800. 90

Midas mortalium omnium ditissimus. Sed auribus asininis regnat in Phrygia 2731

Pelops Tantali filius Hippodamiam ducit: præest ludis Olympicis 2731.

Fau-

*Res memorabiles ante Christum. 115*

Faunus Latinus Rex Faunorum pater habitus, quia illis aras erexit.

Minos II. Cretæ Rex instructâ classe maris imperium primus tenuit: *Thucydites l. 2.*

☉ Ab anno 2800, ad 2900. ☉

Theseus victo Minotauro redit Athenas 2823.

Æta \* Jason \* Medea \* Tiresius \* OEdipus \* Sphinx \* Lajus \* Jocasta \* Creon \* Electra \* Orestes \* & Pylades nomina fabulis inclyta.

Hercules labores & vitam exitu infelicissimo claudit 2584. Semet morbi impatiens in flammâ præcipitans.

Antenor & Æneas in Italiâ navigant 2870

Ægisthus Agamemnonem interficit; ille ab Oreste trucidatur 2878.

☉ Ab anno 2900, ad 3000. ☉

Penthilus Orestis filius Coloniam è Græcia in Thraciam ducit 2951. dicta est Æolica migratio.

Tisamenes Penthili fra: Græcorum coloniâ in Asiam ductâ Ionios vicit & expulit. Hæc dicta est Ionica migratio 2952.

Theres Miniarum coloniâ ducit in Insulam, quæ cum Callisthus diceretur, ab eo postmodum Thera est appellata.

Codrus Athenarum Rex postremus egregiæ in patriam pietatis laudem tulit morte pro patria fortiter quæsitâ 2983.

Ab

☉ ☉ Ab anno 3000. ad 3100. ☉ ☉

Neocles & Androcles Codri ff. Græcorum Coloniam in Asiam ducunt 3010.

Fames ingens in Palæstina cessat, duobus Saulis filiis in crucem actis.

Sesostris Ægypti Rex navigabilem alveum à Nilo in mare rubrum frustra ducere conatur.

☉ ☉ Ab anno 3100. ad 3200. ☉ ☉

Siccitas & fames ingens tempore Eliæ Palæstinam per annos tres cum dimidio vexant ab anno 3123.

Mesa Moabitarum Rex filium coram hostibus mactat 3140.

Elisa seu Dido Pygmalionem fratrem Sichæi viri sui interfectorem exosa, Tyro cum gaza solvens abit in Africam 3147.

Eadem, ne Regi Maurorum Narbæ cogatur nubere, tribus fere post Æneæ fugam sæculis, mortem sibi infert.

☉ ☉ Ab an. 3200. ad 3300. ☉ ☉

Corbus coquus primus in ludis Olympicis coronatur 3278.

Amulius fr. Numitorem natu majorem regno pellit, ejus filiam Rheam Sylviam, ex qua deinde Romulus & Remus, Vestalem facit.

Romulus & Remus expositi servantur, & educantur à regio Pastore Fauno an. 3284.

Iidem avum Numitorem regno restitunt 3300. Ab

☉☉ Ab anno 3300. ad 3400 ☉☉

Sabinæ Puellæ à Romanis 3304, Lacedæmonix raptæ à Messeniis 3311.

Aristodemus filiã maçtat ex oraculo 3316,

Hippomanes filia voratur ab equo, cum quo clausa fuerat à patre 3331.

Romulus ob ingenij ferociam putatur à suis discerptus esse 3339.

☉☉ Ab anno 3400. ad 3500. ☉☉

Tullus Hostilius igne cælesti cum domo perit 3414.

Arionis sive historia sive fabula 3340.

Ciaxares Niniven delet 3448.

Pestis Athenis furit, sed fugatur arâ

Deo ignoto erecta 3457. Eusebius.

Cylonium piaculum Athenis 3455.

Phalaris Agrigenti in Sicilia tyrannorum immanissimus.

Perillus bovis ænei faber sub Phalari, illo primus exuritur 3482.

☉☉ Ab anno 3500. ad 3600. ☉☉

Policrates Samiorum tyrannus, & Milo Crotoniata.

Zopyri amici Strategemate Darius Babylonem occupat 3534.

Horatij Coclitis \* Clæliæ virginis \* Mutij Scævola \* Coriolani virtus apud Romanos claret.

Ari-

Aristides 3571 & Themistocles 3583. Ostracismo pulsi.

Spurius Cassius præceps datur è rupe Tarpeja an: 3579.

Fabij 300. ad Cremeram cæsi 3577.

Ad Ægos Potamos saxum de cælo cadit 3587.

L. Quintius Cincinnatus Dictator ab aratro 3596.

Cimon apud Athenienses clarissimus,

☉ Ab anno 3600 ad 3700. ☉ 90

Spurius Melius à C. Servilio cæditur 3615

Solydam<sup>9</sup> Thessal<sup>9</sup> mirandi roboris 3646

Socrates damnatur 3655.

Albani lacus excrecentis prodigiū 3657

Epaminondas floret in Boëtia. 3680.

Dionysius Syracusarum tyrannus cuius filius post annos 38. pulsus Ludimagister Corinthi fuit.

Curtius armatus Romæ in voraginem se proiicit 3692.

T. Manlij Torquati cum Gallo ad Anienem monomachia 3693.

Templū Dianæ Ephesiæ conflagrat 3698

☉ Ab anno 3700. ad 3800. ☉ 90

M. Valerius ope corvi Gallum in Monomachia vincit: inde Corvin<sup>9</sup> appellatus 3705

Manlius filium non iustum pugnantem securi percutit 3715.

Deci-



*Res Memorabiles ante Christum.* 119

Decius pater 3714. & filius 3759. se pro Republica devovent.

Romæ veneficia matronarū detecta 3723

Porus Indorum Rex ab Alexandro victus 3727.

Phocion de Athenis optimè meritis damnatur 3736.

Agatocles Siciliae tyrannus obit 3765.

☉☉ *Ab an. 3800. ad 3900.* ☉☉

Mater Idea Romam inuenta 3849.

M. Attilus Regulus necatur à Pœnis 3803

Q Fabius Maximus cunctando rem Romanam restituit.

Romæ templum Jani clausum 3819.

M. Portius Cato Censorius, optimus Orator, Optimus Imperator, Optimus Senator & exemplar integritatis.

Scipio Africanus Senior Romæ indignè traductus Linternum secedit, ubi exul moritur 3967.

Bacchanalium Pestis Romæ extincta 3968

☉☉ *Ab anno 3900. ad 4000.* ☉☉

Massianissa Romanorū amicissimus quatuor superstites filios relinquit, inter quos Jugurtha 3906.

Scipio & Lælius mirum amicitiae exemplum: Numantia eversa Scipionis Africani virtute 3921.

Grac-

120 . *Persona celebres & res memorab.*

Gracchorum Tiberij & Caji Drusi & Saturnini Romæ seditiones post Attali hæreditatem.

C. Marius III. Cos; victus à Sylla in palude latet 3966.

Mithridates Asiâ potitus, omnes totâ Provinciâ Romanos unâ die necat 3966.

☉ ☉ *Ab anno 4000. ad 4053.* ☉ ☉

Pompejus M. Ptolomæi Regis. iussu in Ægypto necatur 4006.

Cato Uticensis sibi manus infert 4008.

M. Tullius Cicero proscriptus occiditur à Popilio Centurione, quē defenderat 4012.

Perusia capta multi Senatores & equites ad aram Cæsari sacram mactati 4014.

Thebæ in Ægypto, Tralles in Lydia terræ motu eversæ 4026.

Meccenas litteratorū præfidiū & decus.

Julia Augusti filia adultera in exilium relegatur. an. 4048.

*Finis Veteris Testamenti.*

